



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

295. Ut nullus alius præsumat pœnitentiam dare vel confessionem audire
nisi Episcopus aut Presbyter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

lia, ipsi autem uno digito vestro non tangitis sarcinas ipsas.

Item post pauca.

CCXCIV. Quotiescunque dederis consilium peccanti, simulque da illi statim pœnitentiam, quantum debeat jejunare, aut elemosynis redimere peccata sua; ne fortè obliviscaris quæ tibi jam dixit, & iterum tibi necesse sit interrogare, & forsitan erubescat iterum confiteri, & inveniatur jam ampliùs judicari.

Burchard.
ibid.

Ut nullus alius præsumat pœnitentiam dare vel confessionem audire nisi Episcopus aut Presbyter. *Ex eodem.*

CCXCV. Exsurge qui dormis, exsurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Frater, Dominus Jesus Christus, qui dixit discipulis suis, *Quacunque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quacunque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo*, de quorum numero quamvis indignos nos esse voluit, ipse absolvat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis, quacunque cogitatione, locutione, atque operatione neglegenter egisti, ut à nexibus peccatorum absolutum perducere te dignetur ad regna cœlestia. Amen. Nos etiam, frater carissime, secundùm auctoritatem nobis indignis à Domino commissam absolvimus te ab omni vinculo delictorum, ut merearis habere vitam æternam per eum qui vivit &c. [*Caput istud non extat in MS.*]

Matth. 18.

Burchard lib.
19. c. 153.

Sicut enim sacrificium offerre non debent

138 REGINONIS LIB. I.
nisi Episcopi & Presbyteri, quibus claves regni cœlestis traditæ sunt, sic nec pœnitentium judicia alij usurpare debent.

Ut Diaconus, si necesse sit, suscipiat confessionem.

Halitgar. in præfat. lib. 6.
Burchard. lib. 19. c. 154.

CCXCVI. Si autem necessitas evenerit, & Presbyter non fuerit præsens, Diaconus suscipiat pœnitentem ad sanctam communionem.

Item de suscipienda confessione. *Ex Theodori Archiepiscopi vel Bedæ Presbyteri Pœnitentiali.*

Halitgar. ibid.
Burchard. lib. 19. c. 2.

CCXCVII. Episcopi vel Presbyteri, quando fidelium recipiunt confessiones, humiliare se debent, & cum tristitiæ gemitu lacrymisque orare, non solùm pro suis delictis, sed etiam pro fratris casu. Ait enim Apostolus: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?*

2. Cor. 11.

Vnde suprâ.

Halitgar. ibid.
Burchard. lib. 19. c. 2.

CCXCVIII. Cùm ergo venerit aliquis ad sacerdotem confiteri peccata sua, mandet ei sacerdos ut expectet modicum, donec intret Ecclesiam aut cubiculum suum ad orationem. Si autem non est locus aptus ad hoc, dicat hanc orationem in corde suo.

Oratio.

Halitgar. ibid.
Burchard. ibid. c. 3.

CCXCIX. Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, ut condignè tibi possim gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti of-